

3 oblitentes firmata planete. Tardabat quoque agrorum territori-
torii circumspectio. quorum hinc sationales. inde pascuos.
istinc consitos. illinc floreat. secundum uarionis diuisi-
onem internoscebant; Habundabant autem pascuu bestiis.
florea apiculis. sationales ouium caulis. & opilionum
magalibus. consiti uero. quarundam arborum surculis
aliarum corticibus insertis. & quarundam oculis cum adhe-
rente libro ad aliarum ramusculos translatis; Adiac-
bant autem agris sationalibus; arcifinis. squalidi. uligi-
nosi iuxta noualia. cum subeissuis. & hi omnes accura-
te cardinibus & decumanis limitati. In his etiam
glebas cernebant ante sationem runcatione nudatas.
letamine fotas. post autem occatione fractas. occcati-
one dispersas. Veracta uero uidere tempus prohibebat;
Partem autem alteram. equos inter fructa in equitio ua-
gantes precipuis tredecim coloribus secundum ysidori dis-
tinctionem spectabiles notare non debebat. Badios.
aureos. murceos. ceruinos. qui uulgo gauranes olim
uocabantur. Giluos. glaucos. scutulatos. canos. candi-

0 4 1 0
dos. albos. guttatos. nigros. posterioris preter hos digni-
tatis uarios. postreme autem dosinos. & cinereos. quos dig-
ni equos quam equos dixerunt. Preter hec etiam uenatorum
numerum generaliter quadripartitum considerare hilariter iocun-
dabar. uestigatores. indagatores. salatores. pressores.
Tandem autem huiusmodi circumspectione nondum satiat subito
metatum iam presentem conspicio. sed tanta admiratione.
ut & uis & tempori propius decessisse spacium michi uideretur.
Et ecce uallum aspicio. mole terre intrinsecus reiecta.
circulatio extrinsecus uelud ad ripam alludente. uallos
innumerabiles sudibus uis lentatis intercos. interuallis
angustis distantes. uelud admunitionem sustinens.
In porta autem ualuas complicabiles cilli & introitum
patere uideo. Inueniunt. occurrunt qui me puerum
uiderant. anno iam duodecimo reuertente uisentes.
primo fratres germani. & noti. nam uterinos. & spurios.
& fabonios habere. matris monogamia prohibuerat.
Deinde & consobrini. patruales enim ibi reliqueram
unde ueneram. Fratruales autem matrem castitas non